

*Ordo Sacerdotum et Coll. Salamanca*

R. P.

DIONYSII

PETAVII

AVRELIANENSIS,

E SOCIETATE JESU

THEOLOGI,

RATIONARIUM

TEMPORUM,

IN PARTES DVAS,

Libros tredecim tributum,

*In quo etatum omnium sacra profanaeque historia Chronologica  
probationibus et summatim traditur.*

EDITIO ULTIMA,

a mendis, quibus priores laborabant; opera PP. Collegij  
Moguntini, purgata,

*Cum licentia Superiorum.*



MOGUNTIAE;

Sumptibus JOANNIS BEYERI.

Typis NICOLAI HEYLL.

M. DC. XLVI.



AD CANDIDUM,  
ERUDITVMQVE  
LECTOREM.



EQVE meram tibi (*erudite  
Lector*) historiam hoc in li-  
bro : neque porro Chro-  
nologiam institui scribere.

Quæ duo quantum distent invicem,  
cum est facilis existimatio; tum in po-  
sterioris partis initio docebitur. Me-  
dij est ergo generis quod aggredimur,  
& ex ambobus ita temperatum; ut id  
ex unoquoque, quo potissimum com-  
mendatur, exprimat: quod minus inest  
commodum, eo careat. Habet hoc  
historia proprium, uti pleniùs rei gesta  
modum, ordinemque perscribat; nul-  
lis ferè neque probationibus, & argu-  
mentis; neque testibus, unde singulo-  
rum annorum ratio constet. Chro-  
nologia verò unum illud inquirens,



# RATIONARIUM TEMPORVM PARS PRIMA.

Quæ est *ιστορικη*.

## LIBER PRIMVS.

Annos continens ab orbis initio, siue  
anno Per. Iul. 730, ad 3. Salomonis,  
qui est eiusdem Periodi 3702.

*Quenam primo hoc intervallo, à mundi conditu ad di-  
luuium digna memoria contigerunt. vbi de operibus  
sex dierum, deque anno diluuij.*

### CAPVT I.

**M**

VNDVM à Deo esse factum, si  
non diuina persuaderet auctori-  
tas, satis nos eius per sese con-  
templatio doceret. Hunc etsi  
summus ille artifex constantem

partibus suis, & absolutum momento creare po-  
tuit, paullatim tamen sex intervallo dierum ela-  
borare maluit.

Quocirca principio rerū omnium nihil præter  
terram, terræque circumfusam aquarum immen-  
sitatem extitit. Aquæ porro non crassæ erant, &  
concretæ, quales modò cernimus: sed tenuës, ac  
vaporis instat, & nebulæ totum hoc inane reple-

Pars I.

A

uerant,

R. P.  
DIONYSII  
PETAVII  
AVRELIANENSIS,  
E SOCIETATE JESU  
THEOLOGI,  
RATIONARIUM  
TEMPORUM,  
PARS SECUNDA,

quæ est *τεχνη*,

*Hoc est Chronologiae methodum, & Historico-  
rum temporum argumenta probatio-  
nisque continet.*

Cum licentia Superiorum.




MOGUNTIAE,  
Sumptibus JOANN. BEYER,  
Typis NICOLAI HEYLL.

---

M. DC. XLVII.






IN POSTERIOREM  
RATIONALIARIUM  
PARTEM,  
ad Candidum Lectorem  
PRÆFATIO.



VA sit Rationalarij nostri posteriori hac editione instituta diuisio, in prioris partis Præfatione tibi (Cā-dide, atq; erudite Lector) expo-sui. Nunc pars altera sequitur; in quam quæ sunt huius artis, operisq; *κατασκευα* con-iecimus. Ea tributa est in libros quatuor. Quorū primus Isagogen continet Chronologicæ artis, ac rerum ad eius scientiam, methodūque ma-ximè necessariatam. In quem characterismos antiorum, & earum nationum, quarum sæpiùs annis utimur, tempora contulimus: velut Iu-dæorum, Ægyptiorum, Arabum. Tūm veræ, fal-sæque diiudicandæ Chronologiæ modum, ac viam præscripsimus: non regulis modò traden-dis: sed etiam exemplis ex ea Chronologia peti-tis, quæ vna ferè hæctenus his scateret vitis om-nibus, quæ caueri hoc in genere maximè velle-mus. Etenim dici hoc sine mendacio, ac maleuo-lentia potest: ex tanto Chronologiarū numero, quantus ad hanc diē extitit; nullā esse deterio-rem, quā quæ per summam indignitatē specio-sum illud *sanctitatis* sibi nomen assumpsit. Credo vt ab se inquisitiones hominum, ac iudicia hoc velut sacræ rei, & religionis obiectu defenderet.



RATIONARIUM  
 TEMPORUM  
 PARS SECUNDA.

quæ est

ἱστορικὴ, siue τεχνικὴ.

LIBER PRIMUS.

In quo Catholica Temporum traduntur,  
 hoc est rerum ad Chronologiam  
 vtilium brevis Isagoge.

*De duplici anno Iuliano, & Tropico, deque Gregoriana  
 castigatione.*

CAPVT I.



ISTORIA rerum præteritarum est  
 narratio. Chronologia verò re-  
 rum earundem certis ex iudiciis  
 ad sua tempora, temporumque  
 partes accommodatio.

Quare huic illa materiem, copiamque suppe-  
 ditat; hæc illi vicissim formam, ac velut regu-  
 lam adhibet. Illa simplici rerum gestarum or-  
 dine contenta est; nec annorum singulorum  
 exactam rationem instituit; hæc annos ipsos,  
 quoad licet, annorumque partes, quibusdam  
 notis, ac vestigiis assequitur. Ex notæ, siue cha-  
 racteres temporum, iisdem à principiis, à qui-